Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8218
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ille patrēq; suorum operū; regmiq; nocaret:
Tantus amor generis servandi, & gloria nostri.
Quare agite, ex animis mortales pellite nestris
Si quid adhuc manet antiqua de sorde relictum,
Mendaceisq; deos, & detestanda priorum
Sacra profanatis tandem detrudite ab aris,
Imbuat effusoterra nec sanguine taurus,
Nec miser ille suae dumissus ab ubere matris
Ignotus agnus balet super hostia cultros.
Vivat ovis, vivat quicquid sub sole creatum est.
Mentē, azimusq; oleo, non thura, aut exta parate.
Has illi secundum fitras, haec reddite dona.
Cernitis, ut prenum flectat caput? ut pia pandat
Brachia & ingratas nocet ad sua mineta genteis?
Oblitasq; eae moneat meminisse relictae,
Scilicet amplexus non reiecturus amicos?
At tuos obtusas ignari auertitis aureis,
Infelix genus, & saeua ludibria mortis,
Nec, quanta a tergo iam instent tormeta, videtis.
Tempus erit, cum nestra illum commissa notantem,
Multanteq; reos, altaq; in nube sedentem
Adspicietis, & horreteis opprimet artus.
Nec iam ferre oculos, flammarū ardore coruscos.
Aut timidos acie multus contendere contra
Audebit quisquā sibi conscius. Ibit in igneis
Turba nocens, sonteisq; exoluet corpore paenas.
Pallenteisq; aeternū amneis, vastasq; lacunas
Cocyti colet, & furias horreset hianteis,
Atq; animū monitis non intendisse pigebit.
Tunc nos exacta capient mala taedia vitae,
Experteis caeli, atq; aura sub nocte profunda,
Inq; caput trifidos nequicquā optabitis ioneis,
Et frustra erectas tolletis ad aethera palmas.
Quos superū caetus, & fortunata piorū
Agmina vix lachrymis poterūt spectare retetis,